

immemor paternitatis vestre clementie semper gratias agimus omniumque remuneratorem deum iugiter exoramus, ut, ubi nostre parvitas vicissitudo defecerit, summa sua misericordia retribuere dignetur. Serenitatis autem vestre experta dulcedo^a) accipiat, quoniam in vestra maiestate manutationis nostre anchoram a primeve iuventutis flore fiximus et immutabiliter esse fixam post deum semper exoptamus eique vita comite decenter usque 5 desideramus. Convenit igitur paternitati vestre filii honori providere et, si qui ad nostri destructionem emergerint, eorum temeritatem compescere. Curie autem decorem et desiderabilem celsitudinis vestre vultum videre cupientes intime precamur, quatenus et locum adeundi commodum et tempus apparatus idoneum designetis et securum ducatum nobis procuretis. Hiis vero amicis nostris fidelibus videlicet domno Bremensi archiepiscopo et 10 [Conrado?] ^b) marchioni legationem nostram commisimus, ut ducis insidias declinarem. Valetate et principes vestros ad Slavorum depressionem excitare et super hec, que digna videntur, rescribite.

227.

König Konrad nimmt die Prämonstratenser-Abtei Floreffe in seinen Schutz und bestätigt derselben 15 ihre Freiheiten und Besitzungen. — Zeugen: Landgraf Ludwig, Markgraf Konrad.

Bei Würzburg, 1151 [Mitte September].

Gedr.: Miraei opp. dipl. et hist. 4,205 und Hugo, Annal. Praemonstr. 1,56. Stumpf 3585.

Anm.: Nach Annal. Palid. (Mon. Germ. 16,86) hielt der König um Mitte September (circa festum s. Lamberti, d. h. 17. Sept.) zu Würzburg eine große Reichsversammlung ab.

20

— — testesque, qui adfuerunt, subtus annotari mandavimus. Arnoldus Coloniensis ecclesie in archiepiscopum electus regie curie cancellarius. Hardwigus Bremensis archiepiscopus. Othelricus Halverstadiensis episcopus. Everardus Merseburgensis episcopus. Wicmannus Cicensis episcopus. Daniel Pragensis episcopus. Evrardus Bambergensis episcopus. Guichardus Wirceburgensis episcopus. Burchardus Argentinensis 25 episcopus. Conradus Wormaciensis episcopus. Wibaldus Stabulensis et Corbeiensis abbas. Marcus Fuldensis abbas. Henricus Hersveldensis abbas. Otto palatinus comes de Bavaria. Lothowicus landgravius de Thuringia. Conradus marggravio de Within. Adelbertus marcgravio de Brandenburch. Hermannus comes de Wincenburch. Ludovicus comes de Loon prefectus urbis Moguntie. Poppo prefectus urbis Wirciburch. Guichardus 30 prefectus Babenberg et alii nobiles et ministeriales et diversi generis homines.

Ego Arnoldus cancellarius recognovi.

Data anno dominice incarnationis MCLI, indictione XIII, anno vero domini Conradi III. regis invictissimi XIII; actum apud Wirciburch; in Christo feliciter amen.

226. a) ducedo. b) Statt O. marchioni vermuthet Jaffé C. marchioni.